

- 2 Pater filias etiam divites tenetur dotare.
 3 Accollans in se debitum efficitur principalis debitor.
 4 Argumentum de alimentis ad dotem, concludit tantum affirmativè.
 5 Legitima filii etiam ditissimis debetur.
 6 Transactionem impugnans accepta restituere tenetur.
 7 Solemnitates in contractu utili non requiruntur.
 8 Minor si factus major tacuit per quinqueannum, & fecit actus positivos, censetur ratificasse contractum in minore aetate confectum.

Alexander Gallus possessor bonorum primo genituræ per bo. me. Cardinalem Gallum institutæ, præveniendo eorum restitutionem, inter cetera ab Equite Bernardino ejus filio renunciatario stipulatus fuit dotationem filiarum, & fororum respectivè; cuius obligationis vigore agente Augustino altero renunciantis filio, & renunciatariu fratre fuit hodie, utraque parte auditæ, resolutum Equitem Bernardinum teneri dotare forores de proprio; quia licet bona, de quibus dicebatur, huic oneri non sint obnoxia, * ex quo dispositio Auth. res quæ C. commun. de legat. non habet locum in fideicommisso transversali, Hond. conf. 76, n. 12, lib. 1. cum aliis concessis in Romana hæreditatis 14. Decemb. 1646, coram bo. me. Arguelles, clara tamen viget in praesenti ipsius Bernardini obligatio, qui, ob præventivam eorumdem bonorum restitutionem, intuitu commodi; ex eis medio tempore percipiendi, Patri, * ita stipulanti, forores dotare promisit, ex quo propterea, onus huic inhærens dotandi filias etiam divites, & aliunde habentes, per text. in l. fin. C. de dot. promiss. & ibi Bald. n. 2, in fin. Soc. sen. in l. 1. n. 47, ff. sol. matrimon. & conf. 100, n. 1, cum seqq. lib. 3. Alex. conf. 7, lib. 2, conf. 169, lib. 7. Curt. sen. conf. 27, nu. 35. Menoch. conf. 8, n. 7. Gratian. discept. 259, n. 5. Coccin. decif. 143, n. 9. translatum fuit in Bernardinum onerum patris, * & in specie hujus, accollatarium Rot. post Cenc. de censib. decif. 547. n. 1, & in Leodien. pecuniaria 28. Junii 1647. coram R. P. D. meo Bichio.

Non obstat, quod Rota coram Rever. D. meo Decano alias firmaverit alimenta in hac eadem renunciatione promissa censeri debita officio Judicis, non jure actionis. Quia argumentum * de alimentis ad dotem concludit tantum affirmativè, non autem negativè; quamvis enim pater filiam divitem alere non teneatur, l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de liber. agnosc. eam tamen dotare debet d. l. fin. C. de dot. promiss. & ita in terminis objecto respondent Alex. in l. 1, nu. 12, ibique Bolognet. n. 94, ff. sol. matrimon. Jo. Corras. in l. qui liberos n. 96. in fin. ff. de ritu nupt. idem Alex. dict. conf. 7, n. 11, lib. 2. Bardell. conf. 184, n. 25. Tiraq. de primog. q. 62, n. 14, vers. denique, Baæza de non melior. filiab. c. 8, n. 34. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12, tit. 16, n. 16, ubi diversitas rationem assignant, quia dos succedit loco legitimæ, non autem alimenta, legitima verò filii * etiam ditissimis debetur, ut ad propositum arguant, Ripa in d. l. 1, n. 54. ibique Bolognet. n. 95, Socc. jun. 163, ff. sol. matrimon. Menoch. d. conf. 8, n. 8.

Minus obstat quod obligatio ejusdem Bernardini si defituta solemnitatibus Statuti Urbis, & Constitutionis Marchiæ. Omissio enim quid illæ de hujusmodi solemnium defectu * dare non potest ad effectum, de quo agitur, nisi restitutus fructibus 18, & amplius annorum ex causa hujus transactionis perceptus ad text. in l. si diversa, Cod. de litigios. Cephal. confil. 64, numero 10, & seqq. ubi dicit

transact. cessare videtur objectum, quia cùm extali contractu cum ejus patre gesto Bernardinus fuerit factus locupletior, * nulla erant necessariae solemnitates, l. cum hi §. eam ff. de transac. l. si pupillorum, §. si obligaverit, ff. de rebus eor. l. si prædium, §. emperor. C. de prædiis minor. Bald. in l. neque, C. de contrah. & committ. stipul. Rot. cor. san. mem. Greg. decif. 31, n. 9, & in recen. decif. 545, n. 4, part. 1, decif. 47, part. 2, dec. 51, utробique n. 3, p. 6, quinquo cùm ille factus major eundem contractum approbaverit nedum per dituram patientiam, & sed etiam per plurimos actus positivos per Informantes recensitos non potest modo eum impugnare Abbas conf. 11, n. 19. Rot. decif. 81, nu. 6, & seqq. p. 6. recent. in Bononien. indemnitate 22. Maii prox. præt. §. fin. coram me.

Et ita conclusum fuit Equitem Bernardinum teneri dotare forores de proprio, ad quam autem summa, fuit dictu, quod particulariter videatur.

DECISIO. LXVII.

R. P. D. BICHIO.

Romana Hæreditatis de Gratianis.

Lunæ 27. Junii 1651.

SUMMARIUM.

- 1 Litigiosæ res alienari non possunt, limita u. n. 2, & 3. Sed contra n. 4, 5, & 6, res alienatae à tertio revocantur sine novo processu, prævia tamen illius citatione n. 15. Duran. decif. 281, declaratur.
- 7 2 Dotis favor non operatur, nisi quatenus utilitas, vel necessitas expofit ex causa fideicommissi bona alienantur non extantibus liberis, n. 9.
- 10 3 Determinatio eadem ob diversitatem rationis æquilater non determinat, & n. 11.
- 12 4 Loquitur legis indistincta restringitur ad terminos rationis in ea contemplatae.
- 13 5 Auth. res quæ C. commun. de legat. ratio fuit utilitas.
- 14 6 Mater ad dotandam filiam patruo est magis obligata.
- 16 7 Litigiosi vitium non impedit alienationem ex causa necessaria factam.
- 17 8 Litigiosæ rei alienatio prohibetur ratione fraudis, & ne sententia evadat elusoria.

A Pertissima est prohibito legis ne res litigiosa alienetur, & alioquin litigiosi vitium transeat in singularem + successorem, ut habetur in l. fin. Cod. litigios. ibique notant Doctores omnes, Grat. discept. 502, per tot. ubi signanter n. 37. infert posse ideo executionem fieri recta via contra tertium possessorem à Ponte confil. 101, n. 5. lib. 2. Trentacinq. conf. 1, n. 88, lib. 2, aliique à Moderno Panormitanu in confuetud. Panormi cap. 22, n. 27, & à Moderno Forolivensi de pignor. lib. 1. quæst. 18, n. 24.

Limitationi autem defumptæ ex ultima parte d. l. final. favore dotis, ibi, exceptis hujus sanctiis dispositione iis qui vel dotis nomine, &c. quam locum habere, sive agatur de dote restituenda, sive constituenda, tradit post alias Salon. de Pace confil. 35, num. 4, duas informantes pro Francisco Gratiano actore objecerunt fallentias. Alteram quando alienans habebat alia bona, + ex quibus dotem solvere posset, ut videtur sensisse Sicard. in ead. l. fin. sub num. 21, ibi fortassis non habet ita multa alia bona vel non habet alia, Cod. litigios. Cephal. confil. 64, numero 10, & seqq. ubi dicit

Ad Materiam de Alimentis. Decis. LXVII.

121

dicit ratione, quia ratio publicæ utilitatis vel necessitatis, cui dicta limitatio innititur, non militat nisi in necessitate præcisa; unde nec sufficit causativa ex text. in l. alienationes ff. famil. etc. l. post princip. ff. fund. dotal.

Alteram quando non agitur de bonis ejus qui dotare tenebatur, vel à quibus alias dos extrahi deberet, nam favor publicæ utilitatis ab Imperatore spectatus, applicari solum potest in bonis debitoris, non autem tertii, + contra quæ nulla potest actio, neque in subsidiu competere, & nusquam à lege indulsum dotibus reperitur, quod solvi possint de bonis alienis in præjudicium veri Domini, ut per Bald. Novell. de dot. part. 11. privileg. 1. n. 23. inter tract. divers. tom. 9. fol. 259.

Adversus primam fallentiam ex adverso afferebat decisio Rot. 281, coram bon. mem. Urgellen. ubi sub nu. 9. reprobata opinione Ceph. loc. supra allegato, utpote nullo fundamento nixa, * firmatur præfata limitationem l. final. ad dotis favorum procedere quamvis alia bona suppetant, nam lex indistincte loquitur, & sicut absurdum esset dicere legatum rei litigiosæ, quod pariter in eadem limitatione comprehenditur, ibi, vel per legati, &c. non valere, si adsint alia bona Testatoris, ita idem afferere de alienatione ex causa dotis cuius favor sub eadem legis determinatione comprehenditur ad text. in l. jam hoc jure, ff. vulg. & pupill. Imo favore legati est major, cum Reipublica interfit solvi dotes, & mulieres facilius rubore l. 1. ff. sol. matrim. & in his terminis Natt. conf. 401. num. 1.

Secunda pariter fallentia impugnabatur, quia exceptio alienationis ex causa dotis + quam Imperator in d. l. fin. adjecit, post generalem prohibitionem alienationis rei litigiosæ, intelligenda est secundum ipsius prohibitionis, ac regulæ latitudinem l. sed an ultro ff. neg. gest. Becc. conf. 153. n. 11. Cyriac. controv. 207. n. 21. Surd. dec. 124. n. 13. & sic de bonis solutioni dotis non obnoxii, & quorum dominium non spectaret ad debitorem alienantem, sed ab alio fuisset in Judicium deductum, in quibus jure cadit vitium litigiosi Auth. litigios. Cod. litigios. Compostell. in cap. cum M. Ferrarens. n. 20. de Conflit. Rot. decif. 173. n. 5. & seqq. part. 7. recent. cum aliis allegatis ab Add. Buratt. decif. 927. n. 24. & in terminis ad effectum ne possint alienari Capyc. Latro. decif. 170. n. 69. lib. 2. Ultra quod in casu nostro, è bonis alienatis, quamvis provenient. à patruo, dos extrahi poterat, quia etiam patruus * dotare neptem tenuerat, bonis ascendentium non extantibus, Rot. decif. 30. n. 8. p. 7. quorum non existentia probanda non est à possessore Rot. coram Mart. Andrea decif. 8. n. 5. & seqq. cum aliis allegatis in Ausimana fideicommissi 31. Iun. 1642. §. & ratio est coram Reverend. D. meo Decano.

Verum replicando ad primum objectum, animadverterunt Domini in casu decif. 281. bon. mem. Urgellen. non constituisse quod alia bona non litigiosa, debitor dotis possideret, quodque idem Urgellen. n. 8. & 9. ex abundanti, + & forsitan non ex mente Dominorum subdidit attendendum non esse, ut dixit Rot. decif. 97. nu. 78. p. 3. recent. quia patitur maximam difficultatem, cum favor dotis * ab Imperatore contemplatus ob necessitatem vel utilitatem Reipublicæ, operari non debeat, nisi quatenus exponit eadem utilitas vel necessitas l. & si sine §. 1. ff. minor Jaf. in l. creditor. n. 3. limit. ff. si cert. pet. Dec. conf. 403. n. 18. Decisiones ad Tract. de Alim.

& 21. Decian. conf. 20. n. 89. lib. 5. Surd. de alimen. tit. 9. q. 32, n. 27. Giurb. ad consuetud. Mess. c. 14. gl. 6. n. 3. Mastrill. in terminis d. l. fin. decif. 308. sub n. 4. ibi pro parva dote &c. unde exceptio dotis adjecta in d. l. fin. post generalem prohibitionem alienationis rei litigiosæ, intelligenda est quatenus alia bona non adsint, ut de permissione alienationis * ex causa dotis adjecta ab homine, postquam generaliter alienationem prohibuerat, tradit Castr. conf. 64. n. 4. lib. 2. Alex. Trentacincq. conf. 12. nu. 16. lib. 1. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 7. n. 2. Fusar. conf. 135. n. 4. conf. 151. n. 10. & II. & de substit. quæst. 531. n. 129. Add. ad san. mem. Greg. XV. decif. 543. n. 5. ubi allegat concord.

Neque urget simile de legato contextualiter in d. l. fin. exceptuato, quia ratio subsidiæ illi applicabilis non est, + cùm semper supponat alia bona existere penes hæredem, cui alias competenter ex ipso legato detractio facienda §. 1. & tot. tit. Instit. de leg. falcid. 1. 1. & seqq. ff. ad leg. falcid. & stante diversitate rationis inter legatum, & dotem non intrat regula pariformis determinationis * utriusque determinabilis, Diaz. de reg. jur. reg. 188. limit. 1. & inter regulas jur. divers. to. 1. lib. 4. fol. 320. col. 2. vers. secundo quando esset Regin. jun. conf. 50. num. 23. Fusar. conf. 184. sub num. 58.

Minus obstat quod d. lex fin. indistincte loquatur de dote, & de bonis litigiosis quæ propriè dicuntur, ubi alterius dominium est in judicium deductum, quia adhuc restringenda est, + quoad fieri potest ad terminos rationis à legislatore contemplatae, ejusdemque legislatoris mentem l. sciens §. aliud versic. sed & ff. excus. tutor. l. milt. ariet. agrum ff. re milit. Feder. de Sen. consil. 4. n. 7. Oldr. confil. 9. num. 3. qui non præsumitur voluntate prædicare dominio tertii l. nec avus Cod. emancip. liber. Liparol. in cap. 1. n. 5. de Vassall. decrep. etat. Card. Zabarell. confil. 35. nu. 7. ubi quod non præsumitur, quod lex velit uni favore cum lascione alterius, aliquæ allegari à Mader. Neapolitano contr. jur. lib. 1. controv. 2. sub n. 23. Non obstante favore dotis, * & utilitate publica exinde resultante, sicut in simili utilitas hujusmodi quæ fuit ratio motiva, Auth. res quæ Cod. commun. de legat. ut advertit Rovit. conf. 54. nu. 16. lib. 1. non efficit quod pro dote alienari possint bona ejus qui dotare non tenebatur Barti in d. l. auth. res quæ num. 3. Jaf. ibid. n. 32. versic. 2. limita Alex. Trentacincq. confil. 35. n. 27. lib. 1. & confil. 1. sub nu. 91. versic. atque tenetur de feudo lib. 2. Marefc. var. r. sol. lib. 2. cap. 69. n. 20. Et gratis dicitur ex his bonis provenientibus à patruo dotem in subsidiu solvi potuisse; Cum imò adessent bona hæreditaria patris, * ac etiam matrix ad dotandam filiam obligata magis quam patruus Molin. de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 68. Gomez. in l. 40. Tauri sub num. 87. versic. tertio notabiliter Ror. in Romana Pecuniaria de Queris 26. Junii 1644. coram clar. mem. Coccino.

Igitur ex utraque fallentia simul juncta Franciscus prosequendo Judicium immisionis intentatum contra Læsium ad bona quæ nusquam fuerunt in dominio ipsius Læsi debitoris dotis, sed Octavii, patrui Francisci, potest mandatum de immittendo in eo judicio obtentum exequi contra Attavantem, in quem, lite pendente, Læsium dicta bona alienavit, quo magis Attavante citato, * quod & admittit ex adverso allegata decisio Urgellen. 281. nu. 3. ibi, ea non citata, &

*S*ine novo processu, hoc est, non probato aliorum bonorum defectu, actoris dominio, quodque alienatio facta fuerit lite pendente, in quibus consistit novus processus faciens in prosecutione Judicij executivi, contra tertium possessorem rei litigiosae, Gabr. conf. 31. n. 20. lib. 2. Menoch. conf. 319. n. 12. & 13. Hondon. conf. 20. n. 48. & seqq. lib. 1. Grat. discept. 502. n. 35. facilius si vera esset opinio Joan. Francisci à Ponte conf. 101. sub n. 7. lib. 2. ubi ait quod exceptuatio dotis in d. l. fin. Cod. litigios. si recte advertatur non prodest, nisi ad effectum evitandi penas in eadem leg. comminatas contra alienantem rem litigiosam, non autem evadendi vitium litigiosi quin transeat in acquirentem, * de quo tamen dubitari contingit per ea quæ tradit Natt. conf. 401. n. 5. Cantar. decif. 35. n. 11. firmantes, vitium litigiosi non obstat quando alienatio fit ex causa necessaria, ideoque contra acquirentem agendum esse via ordinaria, & magis in terminis Mastril. decif. 308. n. 3. ait. sustineri alienationem lite pendente factam ex causa dotis, quia in dote non datur vitium litigiosi.

Gratis tandem dicitur Franciscum non habere de quo conqueratur, ex quo ab Atavante in actu acquisitionis, dominus de qua agitur, dimissa fuit alia dominus ad Babbiuum, super qua ipse Franciscus immisionem obtinuit, & possessionem adeptus fuit, quia immissio ei concessa fuit, & possessio acquisita super sola medietate ad Octavium ejus patrum spectante ut in *Summ. Atavanti* num. 4.

Quapropter omisso fundamento fraudis, & simulationis, quæ ex noviter deducis sublata videbatur, DD. utraque parte informante, steterunt in decisis ex capite litigiosi, quod suffragatur, etiam semota fraude, * quia ut ponderat Capyc. Latro decif. 170. n. 70. lib. 2. alienatio rei litigiosa, non solum est prohibita ratione fraudis, sed ne effectus rei Judicatae, & sententia reddatur elusoria, neve deterior efficiatur conditio litigantis.

DECISIO LXVIII.

R. P. D. CELSO.

Bononien. Fideicommissi.

Mercurii 28. Junii 1651.

SUMMARIUM.

- 1 Immissio tam propter obitum, quam contravenctionem hæredis gravati; fideicommissario conceditur, & num. 11.
- 2 Descendentium deficientia justificatur dum non constat aliquem natum.
- 3 Hæres gravatus fideicommissum agnatum alteri cedit.
- 4 Alienata contra prohibitionem testatoris à votato revocari possunt.
- 5 Transactio vocatis ad fideicommissum non præjudicat. Ex pacto resolutur, n. 6.
- 6 Trebellianica prohiberi potest, etiam filiis primi gradus.
- 7 Legitima compensatur: cum ususfructus spectat ad cessionarium, num. 9.
- 8 Identitas probatur ex Inventario.

*S*uper dubio per me proposito, an Pompeo Bonoguetto sit danda immissio, Domini affir-

mative responderunt, quia literalis est illius votatio, tam in casu obitus Vincentii sine filiis, quam etiam alienationis. Unde cum ex utroque capite purificata fuerit conditio, * merito immissio concedi debet, ut firmavit Rota in recent. dec. 244. n. 1. p. 7. in Romana fideicommissi 8. Junii 1648. coram bon. mem. Arguelles, & in Ravennaten. bonar. 6. Novembri ejusdem anni coram R. D. meo Decano, cum aliis per Argel. de acquir. poss. quæst. 8. art. 14. num. 328. & seqq.

Et enim deficientia Descendentium Vincentii, remanet sufficienter justificata, * dum ex adverso non probatur illos aliquando natos fuisse, ut probat text. in l. ex facto 17. §. si quis autem, ibique Castr. n. 2. ff. ad S. C. Trebell. Aldob. conf. 80. n. 4. & seq. lib. 1. Surd. conf. 92. n. 16. Covar. var. resol. lib. 2. c. 6. sub n. 6. vers. quasi non probato, Rota coram Duran. dec. 301. n. 5. in Auximana Prædi. 15. Maii 1645. coram R. D. meo Dunozetto, & in Bononien. fideicommissi seu Domus 10. Decembri 1646. coram R. P. D. meo Bichio.

Ipse vero Vincentius, cum Jura sua Pompeo cesserit, habetur ad hunc effectum, * ac si naturaliter deceperisset l. 2. §. si quid duplicit ff. de hæred. vel act. vend. non enim prohibetur hæres gravatus, fideicommissum jam agnatum alteri vocato cedere, ex notatis per Peregr. de fideic. a. 2. n. 52. in fin. & a. 31. n. 27. & 34. Fular. de subtit. quæst. 524. n. 5. Gabr. conf. 121. n. 49. lib. 1. Surd. d. conf. 92. num. 4.

Ex capite etiam alienationis purificata fuit votatio Pompei, quia arctissima est prohibitio illius facta à Prospéro Testatore, & idem cùm Vincentius hæres institutus primo, & postea Ludovicus ab eo causam habens, bona ejusdem fideicommissi alienaverint * in extraneos, hujusmodi prohibiti alienationes nullas ab initio, & aperuit jus revocandi alienata eidem Pompeo, cuius favore illa emanavit, ut sunt text. expressi in l. filiusfamilias 117. §. cum Pater ff. de leg. 1. l. unum ex familia 69. §. sed si uno l. peto 71. §. Fratre, & l. cum Pater 79. §. libertis de leg. 2. Soccin. sen. conf. 43. sub n. 9. lib. 4. Bursatt. conf. 3. n. 6. lib. 1. Ruin. conf. 23. n. 13. lib. 5. Surd. confil. 116. n. 17. Gabr. confil. 140. n. 8. lib. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 14. n. 8. & art. 40. n. 17. & late firmatum fuit in Tudertina fideicommissi 3. Julii 1606. coram Manzando, & in recent. decif. 73. n. 1. & seqq. p. 1. & dec. 147. n. 2. p. 5. & in Mediolanen. bonorum 26. Junii 1647. coram R. P. D. meo Bichio, & 31. Maii 1649. coram R. P. D. meo Corrado.

Nec alienatio sustineri valet, ex eo quod dicta bona liberè pervenirent in Angelam Testatoris sororem vigore transactio inita inter ipsam, & præfatum Vincentium. Tum quia talis transactio, * non nocet successoribus in fideicommisso quo minus possint immisionem petere ad bona, quæ hæres gravatus penes tertios transigendo misit juxta text. in l. fin. §. sed quia, & seq. C. cum deleg. Peregr. de fideic. art. 52. n. 81. & seqq. Menoch. conf. 599. à n. 3. Et pluribus firmatum fuit in Bononien. fideicommissi de Blanchis 20. Aprilis 1646. coram Reverendiss. P. D. meo Royas.

Tum etiam, quia illa resoluta fuit ex speciali pacto ibidem apposito, quod bona redire debeant ad Vincentium institutum quatenus Angela, & Ludovicus decederent sine filiis, nam eo ipso, quod appetit hanc causam evenisse, prout etiam de jure præsumitur ex supra deducit, transactio, * & renunciatio remansit inefficax, perinde ac si nunquam celebrata fuisset Caputaq. decif. 315. versic. Et quia transactio part. 3. Penia

Penia decif. 214. n. 2. & fuit dictum in Viterbien. Castrorum coram bon. men. Coccino decif. 194. n. 101. & 102. p. 5. recent.

Immissio verò impediri non potest praetextu assertarum detractionum, quia Trebellianica reperitur expresse prohibita, * prout prohiberi posse etiam filius primi gradus not. Jas. in L. Macellus, num. 38. ff. ad Trebell. Rip. in l. nemmo potest nu. 42. de leg. 1. & est communis opinio, quam servat Rota, ut coram Gregor. decif. 421. nu. 10. ibique Adden. nu. 16. Casnaten. bonorum 27. Martii 1648. coram R. P. D. meo Peutinger. & in Fanen. bonorum 19. Junii ejusdem anni coram bon. mem. Arguelles, & novissimi firmatum fuit in Bituntina fideicommissi 23. præsentis mensis coram Reverend. P. D. meo Albbergato.

Et legitima prætensa ex persona Elisabethæ matris Testatoris fuit consumpta per usumfructu 8 tum eidem relictum, + cum quo compensari debuit juxta præceptum ejusdem Testatoris ab ipsa acceptatum, etiam faciendo estimationem, juxta text. in l. hæreditatum, ff. ad l. falsid. ut bene per Jaspon. in auth. in novissima n. 45. Cod. de inoff. testam. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 86. nu. 19. ad fin. Gratian. cap. 983. nu. 8. & duobus seqq. Surd. confil. 388. nu. 17. & per tot. lib. 3. Rot. coram Seraphin. decision. 1365. n. 6. & seqq. & coram san. mem. Gregorio decif. 186. n. 3. ad fin. in Civitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Martii 1618. coram Manzanedo, & in recent. decif. 291. num. 5. & 6. p. 7.

Et tamen dicta legitima, ut debita Vincen- 9 tio, qui cessit, & renunciavit ad favorem Pom- pei, + ad eundem spectaret, & non ad alios l. si à Creditore Cod. de act. & oblig. Surd. confil. 22. num. 16. Rota in Romana fideicommissi di Corona- natis 22. Maii 1643. coram Reverendissimo Domino meo Dunozetto Decano, & firmatum fuit in Bononien. fideicommissi 5. Decembri 1650. & 16. Ju- nii 1651. coram me.

Identitas bonorum satis probata remanet ex 10 Inventario de ordine Testatoris facta, + quod bene probat contra confidentem, & habentes ab eo causam, Peregrin. de fideicommiss. art. 44. n. 2. Rota coram Cavaler. decision. 578. num. 5. & in recent. decision. 96. n. 2. & 3. part. 7. cum aliis in Melevitanen. fideicommissi 20. Junii 1650. coram Reverendissimo Præside Domino meo Orthobono.

Unde cum ex prædictis constet de fideicom- 11 missio de illius purificatione ad favorem Pompei, + necnon de identitate bonorum, resolutum fuit immisionem esse concedendam, sive ex remedio l. final. Cod. de edit. Div. Adr. tollen- five ex Salviano juxta not. per Gabr. confil. 44. nu. 6. lib. 2. & in terminis de immisione petita ab alienationes factas contra prohibitionem Testatoris, firmavit Rota coram Cavaler. decif. 201. nu. 4. & in Bononien. fideicommissi de Manzolis 1. Decembri 1625. coram Pirovano, in Bononien. fideicommissi de Bianchis 20. Aprilis, & 14. Decembri 1646. coram R. P. D. meo Royas, & in Spoletanen. fideicommissi 27. Martii 1648. coram R. P. D. meo Biicho.

Et ita altera tantum, &c.

DECISIO LXIX.

R. P. D. BICHO.

Romana Devotionis Domus.

Lunæ 4. Decembri 1651.

SUMMARIUM.

1 Hæredum, & successorum appellatione in con- cessione bonorum Ecclesiæ, non veniunt ex- tranei.

2 Claujula, ad habendum, efficit emphyteusim hæreditariam, & transitoriam ad extraneos. Fallit sub sequente alienationis prohibitione. num. 6.

3 Claujula, in perpetuum, efficit emphyteusim transitoriam ad extraneos. Amplia, stanti- bus conjecturis, de quibus num. 4.

5 Laudemii obligatio arguit emphyteusim trans- toriam ad extraneos, à quibus solummodo exigitur. Solutio est consecutiva ad assensum, num. 9. Præfatio à solo Emphyteuta debe- tur, num. 24.

7 Prohibitio alienandi per duas negativas indu- cta, importat alienandi promissionem, cum assensu Domini. Prevalit in emphyteusi con- jecturis arguentibus facultatem transitus ad extraneos, num. 12.

8 Negativa adjecta sub sequenti dispositioni, eam qualificat, non præcedentem, de qua fuit fa- cta mentio absque doctrina negativa.

10 Assensum Dominus non tenetur præclare, quando prohibitio alienationis est concepta nega- tive.

11 Dispositio unica sub duplice conditione, altera negativa, affirmativa altera, si concipiatur utraque sustinetur, & purificanda.

13 Canon an corresponeat fructibus, attenditur tempus novæ investituræ, quando per viam renunciationis non processit.

14 Canonis coequalitas non efficit emphyteusim hæ- reditarium, si aliunde appareat actionata, vel mixta. Receptio per 30. annos inducit approbationem institutionis in emphyteusi de hospitali prohibito succedere, num. 26.

16 Emphyteusi finita per deficientiam personarum vocatarum, si debet redire ex pacto cum me- lioramenti consensu ejusdem emphyteusis im- putandum. Recursu ob non solutos canones, vel non renovatam investituras, melioramen- ta Domino cedunt; num. 18.

17 Affrancandi paclum facultativum, ante effe- ctuationem nihil operatur ad effectum, ut emphyteusis Ecclesiæ in extraneos transeat.

19 Caducitate declarata, si Emphyteutæ conce- datur investitura, dicitur nova. Amplia ut num. 20.

21 Mens concedentis etiam ex verbis postea pro- latis elicita in materia emphyteusis attendi- tur.

22 Observantia arguit non fuisse in concessione emphyteusis extraneos comprehensos, quando mediante novâ Investiturâ non autem per renunciationem fuerunt admitti.

12 23 Aliena-